AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ingurgitatum me iudicaris. sed p fidiae quod multo peius est
ebriatae submersum. sinon integris post prandium redissem.
qualis ante prandium recessissem. sed ecce numquid non rescip
sisti quod voluisti. Et nullam calumniam formidasti. sic ergo
potes et cetera ut sit quod uel nos ipsi uel alii possint considerare
et iudicare. quod enim dicis tri formem dī p sonam. me credere.
Si legere dignatus fuisses. quod aliud aliquanto plenius misi et ad ea
quae ibi scriptum sunt respondere uoluisses. hoc fortasse non diceres.
sed tamen ecce. hoc ipsum quod tri formem dī personam dicam.
et dixisti et conscriptum misisti. Et nullam calumniam timuisti.
ecce ostendisti uerum esse quod dico. Non ideo ut sicut placuerat
cum simul essemus uerbatim dictare noluisse. quia calumniam
timebas. sed quia de ueritate non confidebas. modo quia tamen ibi
placuit dictare ante tri formem dī personam credam. respondeo
non me ita credere. Una quippe forma est quia una ut ita dicam
deitas. Et ideo unus dēs pater et filius et spūs sēs. Tu autem p eo
digneris breuiter respondere. quomodo accipias quod ait apostolus
qui adhaeret meretrici unum corpus est. qui autem adhaeret dno
unus spūs est. Diuersi enim sexus corpora sibi adherentia unum
corpus dicit. Et cum spūs humanus p nullo modo possit dicere ego
et dnūs unum sumus. tamen cum adhaerit dno unus spūs est. quanto
magis illeqū euerissime dicit ego et pater unum sumus quia in se
pariter patri cohaerit ipse et pater unus dēs est. Si tamen uel
hoc uerbum admittitur in illa diuinitate ut dicamus cohaerit quod
numquam omnino uel fuit uel esse potest ulla distantia separatū.
Ad hoc respondeo utrum tibi placeat bi formem spūm dici quando
qui adhaerit dno unus spūs est. quod si tibi non placet. Nec ego tri
formem dm̄ dixi patrem et filium et spūm sc̄m sed unum dm̄.
si autem in praesentia uis ut conloquamur. Gratiam quidem habeo
dignationi et benuolentiae tuae. sed sicut iam mihi aliud